AMAD. EMAN. HALLER, ALBERTI Filius, apud Bernates Ducentumvir, Illuſtri, Ampliſſimo & præcellenti Viro N. LOUIS Chirurgo summo S. P. D.

Quod mihi, quod conjugi viduæ, quod liberis optimum patrem lugentibus triſte & acerbum accidit, id univerſa defuncti ſuperſtite familia hortante, obſequioſiſſime TIBI ſignificandum cenſeo, quod & officii ratio ita poſtulet, cum vivum in amicorum numero habueris, & haud vulgari eum benevolentia proſecutus ſis, & noſtro tu quoque dolore condoleas; HALLERUM nempe TUUM, qui TE coluit inter primos, pluribus jam menſibus multis magnisque ægritudinibus confectum, perpetuos inter labores maraſmo tandem oppreſſum occubuiſſe jam ſeptuagenarium. Pie & placide animam reddidit & obdormivit in Domino prid. Idus Dec. h. VIII. veſp. TU vero Vir Ampliſſime, quem D. O. M. ſalvum & ſuperſtitem & felicem rebus humanis diutiſſime intereſſe jubeat, nobis & beati Viri memoriæ fave. Vale. Dab. Bernæ poſt funus elatum, XVII. Cal. Jan. MDCCLXXVIII.

carton 34 divers
n° 216

Monsieur

Monsieur Louis, Secrétaire perpetuel
de l'academie royale de Chirurgie à la rüe des
Cordeliers aux écoles

~~franc port~~

à

Paris

C